CANTUS SELECTI
AD BENEDICTIONEM SS.MI SACRAMENTI

EX LIBRIS VATICANIS ET SOLESMENSIBUS EXCERPTI

Editio rhythmicis signis ornata

DESCLÉE & SOCII

S. Sedis Apostolicae et Sacrorum Rituum Congregationis Typographi

PARISIIS, TORNACI, ROMÆ, NEO - EBORACI

1957

Printed in Belgium

CANTUS SELECTI

AD BENEDICTIONEM SS.MI SACRAMENTI

Nº 807

IMPRIMATUR.

Tornaci, die 28 Februarii 1957.

✠ JULIUS LECOUVET, Vic. Gen.

RITUS
in Expositione et Benedictione SSmi Sacramenti servandus.

I. DE EXPOSITIONE SANCTISSIMI SACRAMENTI.

« In ecclesiis aut oratoriis, quibus datum est asservare sanctissimam Eucharistiam, fieri potest expositio privata seu cum pyxide ex qualibet justa causa sine Ordinarii licentia; expositio vero publica seu cum ostensorio die festo Corporis Christi et intra octavam fieri potest in omnibus ecclesiis inter Missarum sollemnia et ad Vesperas; aliis vero temporibus nonnisi ex justa et gravi causa praesertim publica et de Ordinarii loci licentia, licet ecclesia ad religionem exemptam pertineat ». (Cod. Jur. Can., Can. 1274, § 1.)

§ 1. IN ORATIONE QUADRAGINTA HORARUM.

1. In expositione pro solemni Oratione XL Horarum SS. Sacramentum in Altari majori exponi debet. Imago vel statua, quae forte ibidem reperitur cooperiatur, nec aliae imagines, nec Sanctorum Reliquiae apponantur.

2. Super Altare majus et in eminenti situ quo tamen facile acceditur — non ita vero ut nimis distet ab Altari, cum quo debet quid unum efficere — sit thronus movibilis [1] cum baldachino proportionato albi coloris. Supra hujusmodi throni planitiem ponatur corporale ad Ostensorium exponendum, a fronte vero quivis absit ornatus quo SS. Sacramenti aspectus impediatur.

3. Tabernaculum (si adsit) conopaeo, Altare pallio, albi coloris contegatur. Tempore Missae Crucem Altaris vel amovere vel retinere (nunquam tamen in throno) juxta loci consuetudinem, licet; extra tempus Missae Crux amoveatur.

4. Super Altare continuo ardeant viginti saltem candelae cereae. Amoveantur tabellae secretarum, excepto tempore Missae.

---

[1] Si Expositionis thronum inamovibilem difficile sit habere, nisi Crux ponatur in eo : non licet super Tabernaculum erigere talem inamovibilem thronum, seu parvum ciborium fixum pro Expositione SS. Sacramenti; sed debet in casu erigi thronus tantummodo propter Expositionem et amoveri post Expositionem.

5. In abaco, praeter consueta pro Missa solemni, praeparentur Ostensorium velo albo coopertum, capsula cum hostia consecranda jam in lunula Ostensorii aptata, pluviale concolor paramentis cum quibus cantabitur Missa, velum humerale albi coloris, alterum thuribulum, et liber cum precibus recitandis. In loco opportuno parentur crux processionalis, baldachinum albi coloris hastile, umbella itemque albi coloris, et ad minus quatuor lanternae si de ecclesia processio exire debet.

§ 2. PRO EXPOSITIONE ALIQUOT HORARUM.

1. In expositione brevi seu aliquot horarum SS. Sacramentum vel in Altari majori vel in altari laterali exponere licet. Laudabilius cooperiatur Imago (fixa) Altaris, nec apponantur aliae imagines, nec Sanctorum Reliquiae.

2. Super Altare et in eminenti situ quo tamen facile acceditur — non ita vero ut nimis distet ab Altari, cum quo debet quid unum efficere — erigatur thronus movibilis (vide nota 1, p. v) cum baldachino proportionato coloris SS. Sacramento convenientis (nisi jam habeatur ciborium magnum vel baldachinum pensile). Super hujusmodi throni planitiem ponatur corporale (vel palla) ad Ostensorium exponendum, a fronte vero quivis absit ornatus quo SS. Sacramenti aspectus impediatur.

3. Tabernaculum (si adsit) conopaeo, Altare pallio, albi coloris contegatur [1]. Melius est ut Crux ab Altari amoveatur.

4. Super Altare ardeant viginti candelae cereae, vel ad minus duodecim.

5. Super mensam Altaris parentur Ostensorium velo albo coopertum, clavicula tabernaculi, et bursa albi coloris cum corporali. Amoveantur tabellae secretarum.

6. In sacristia praeparentur pro Celebrante superpelliceum et stola alba, etiam — si libet — pluviale [2] albi coloris [3]; superpellicea pro assistentibus; thuribulum cum navicula, et ad minus duo intorticia.

7. Si SS. Sacramentum in processione est deferendum, Celebrans debet induere amictum, albam, cingulum, stolam et pluviale albi coloris, vel — si processio immediate sequitur Missam aut vesperas — coloris Missae aut Officio convenientis. Adhibeatur etiam in processione velum humerale semper albi coloris.

---

[1] Si Expositio fit immediate post Missam, ita ut Celebrans ab Altari non recedat, conopaeum et Altaris paramenta coloris quem exigit Officium diei retinere licet ad tempus; soluta autem functione immutentur pro continuata Expositione.

[2] Expositio sola (sine Benedictione vel processione) sine pluviali fieri potest, numquam autem cum alba, cingulum, et stola tantum.

[3] Si Expositio immediate sequitur Missam, et tunc Benedictio non est impertienda, Sacerdos potest SS. Sacramentum exponere casula (sine manipulo) vestitus.

II. DE BENEDICTIONE CUM SS.MO SACRAMENTO.

§ 1. DE BENEDICTIONE SOLEMNI (sine Sacris Ministris).

1° *De Rebus praeparandis :*

1. In Altari ardeant ad minus duodecim candelae cereae. Non licet tamen, tempore paschali, cereum paschalem accendere.

2. Necesse non est ut pro simplici Benedictione etiam solemni erigatur thronus super Altare (dummodo adest super Altare — juxta rubricas — ciborium vel baldachinum pensile), neve amoveatur Crux. Auferantur autem tabellae secretarum.

3. Super mensam Altaris praeparentur Ostensorium velo albo coopertum, clavicula tabernaculi, et bursa albi coloris cum corporali. In abaco ponantur velum humerale albi coloris et liber precum.

4. Ne ponatur pulvinar in infimo Altaris gradu nisi pro episcopo vel praelato celebrante.

5. In sacristia parentur superpelliceum, pluviale cum stola albi coloris [1] et biretum pro celebrante; superpelliceum et stola alba pro Presbytero vel Diacono exponenti (si adsit); superpellicea pro assistentibus; thuribulum et navicula et ad minus duo intorticia.

2° *De Hymnis et Precibus in Benedictione cum SS. Sacramento :*

1. Coram SS. Sacramento solemniter exposito licet generatim hymnos cantare [2] (non autem recitare) — ante incoeptum *Tantum ergo Sacramentum* — in lingua vernacula, dummodo non agatur de hymno *Te Deum* nec aliis quibuscumque liturgicis cantibus, quae nonnisi latina lingua decantari debent.

2. Item coram SS. Sacramento exposito licet preces — dummodo sint approbatae — in lingua vernacula recitare, non autem immediate ante ipsam Benedictionem, sed ante incoeptum *Tantum ergo.*

3. Orationi SS. Sacramenti *Deus qui nobis* aliae orationes adjici nequeunt. Possunt autem cantari [3] hujusmodi orationes priusquam cantetur *Tantum ergo,* si tunc aliae dictae sint preces; secus non licet, nisi aliter apostolica auctoritate statutum fuerit.

4. Quando coram SS. Sacramento publice exposito functio peragitur, dum — ante hymnum *Tantum ergo sacramentum* —

[1] Quando Benedictio immediate sequitur Missam vel Vesperas, et Celebrans ab Altari non recedit (ita ut Benedictio non sit functio distincta) adhibeatur pluviale coloris Missae vel Officii, nisi sit niger. Velum humerale autem sit semper coloris albi; stola autem Presbyteris vel Diaconi exponentis (si adsit) sit ejusdem coloris ac paramenta Celebrantis.

[2] Cantus in actu Expositionis SS. Sacramenti permitti tantum potest judicio Episcopi.

[3] Pro cantu orationum, vide p. 294 et seq.

cantantur Hymni (v. g. *Auctor beate saeculi*) [1] vel Cantici Evangelii (v. g. *Magnificat*) Sacerdos celebrans et Ministri stare debent.

Dum autem cantantur Antiphonae [2] (v. g. *Sub tuum*), Responsoria (v. g. *Homo quidam*), Sequentiae (v. g. *Salve dies dierum gloria*), Prosae (v. g. *Inviolata*), Rhythmi (v. g. *Salve mater misericordiae*), etc... genuflexi manent.

3° *In Functione :*

1. Sacerdos lavat manus et superpelliceum [3], stolam et pluviale albi coloris [4] assumit. Facta cum assistentibus reverentia mediocri Cruci vel Imagini principali sacristiae, procedit ad Altare tecto capite et manibus junctis. Assistentes pluviali fimbrias sublevant. Ad fores sacristiae Sacerdos, aperto capite, aquam benedictam ab assistente accipit, se signat, et capite cooperto manibusque junctis ad Altare procedit.

2. Cum ad Altare pervenerint, Sacerdos biretum primo assistenti porrigit [5] et — facta genuflexione in plano — in infimo gradu utroque genuflexus orat aliquantulum.

3. Mox ascendit ad Altare (nisi adsit Sacerdos aut Diaconus expositor), corporale in mensa explicat, tabernaculum aperit, genuflectit unico genu manibus super mensam appositis, custodiam in qua SS. Sacramentum asservatur super corporale collocat, et ostiolum tabernaculi claudit. Deinde Ostensorium accipit, intra corporale ponit, velum quo tectum est amovet et in altari deponit, et aperit crystallum quae sphaeram Ostensorii occludit. Tunc custodiam aperit, Sacram Hostiam in sphaeram Ostensorii intromittit ipsamque claudit. Postea custodiam operit et ad latus corporalis seponit. Deinde Ostensorium accipit, convertit ex parte principali, in medio corporalis deponit, et — iterata genuflexione — per dexteram suam se vertens in planum descendit, et in infimo gradu genuflectit [6].

4. Praemissa inclinatione mediocri, surgit Sacerdos cum duobus assistentibus, et se aliquantulum retrahens ad cornu Evangelii, facie conversa ad latus Epistolae, ter thus in thuribulum imponit, nihil dicens, nec benedicens; deinde rursus genuflectit super infimum gradum, thuribulum accipit, et ter SS. Sacramentum incensat, cum profunda capitis inclinatione ante et post incensationem.

---

[1] Ad versum *Te ergo quaesumus* hymni *Te Deum*, ad primam stropham hymni, *Ave maris stella* et hymni *Veni Creator Spiritus;* ad stropham *O Crux ave, spes unica* hymni *Vexilla Regis* genuflectendum est in infimo gradu Altaris.

[2] Sacerdos Celebrans et Ministri stare debent quando cantantur Antiphonae finales B. M. V. a) *Regina caeli*, toto tempore paschali; b) *Salve, Ave, Alma*, temporibus suis a Vesperis Sabbati et per totam Dominicam.

[3] Si SS. Sacramentum in processione deferendum est Sacerdos albam induere debet.

[4] Vide, p. vij, supra, notam 1.

[5] Si jam expositum sit SS. Sacramentum, Sacerdos biretum deponit quando venit in conspectu SS. Sacramenti. Secus caput detegit vel in aditu presbyterii si clerus adsit in choro vel ante Altare.

[6] Pro Expositione aliquot horarum, Expositor — collocata S. Hostia in Ostensorio — facit simplicem genuflexionem, deinde admoto scabello (si opus sit), Ostensorium in throno collocat, et — iterata genuflexione — in planum descendit.

5. Deinde laudabiliter cantantur hymni et recitantur preces approbatae in honorem SS. Sacramenti [1]. Si quae sint orationes cantandae — v. g. post hymnum vel Litanias — praemitti debet ℣. et ℟. proprium [2] (Breviario vel Rituali Romano assignatum) [3] a Sacerdote genuflexo cantato. Postea surgit Sacerdos, nulla praemissa inclinatione, et manibus junctis (dum assistentes genuflexi librum sustinent) orationes cantat. Conclusio hujusmodi orationum brevis esse debet, nisi aliter expresse praescribitur.

6. Persolutis precibus et orationibus — si quae sint dicendae — intonatur pars hymni *Tantum ergo*. Ad voces *veneremur cernui* fit ab omnibus inclinatio mediocris. Ad *Genitori, Genitoque* incensatur SS. Sacramentum, ut antea (n. 4, supra) [4].

7. Post hymnum cantatum intonatur ℣. *Panem de caelo* — vel a Cantoribus seu Clericis vel (juxta consuetudinem) a Celebrante — cui soli versiculo ejusque responso additur *Alleluia* tempore paschali et per totam octavam Corporis Christi. Deinde surgit Sacerdos, nulla facta inclinatione, et quin praemittat *Dominus vobiscum* cantat (cum inclinatione capitis ad vocem *Oremus*) orationem *Deus qui nobis*, dum Ministri genuflexi librum sustinent.

8. Cantata oratione, Sacerdos, — in infimo gradu genuflexus — accipit super humeros velum humerale, et, nulla praemissa inclinatione, ad Altare ascendit. Ibi, manibus super mensam appositis, unico genu flectit, Ostensorium convertit ita ut pars anterior tabernaculum respiciat, manibus velo coopertis apprehendit — dextera ad nodum, sinistra ad pedem, ad populum dextrorsum se convertit, et summa cum reverentia signum facit crucis cum Ostensorio (quin S. Hostiam supra oculos elevet aut pedes moveat), nihil dicens [5]. Deinde se vertens per dexteram suam gyrum perficit, et Ostensorium super corporale collocat, ita ut pars anterior populum aspiciat, manus detegit, et simplicem genuflexionem efficit, manibus Altari appositis.

9. Mox Sacerdos genuflectit in ora suppedanei ubi deponit velum humerale, rursum ascendit nisi, juxta praxim Romanam, recitentur laudes *Benedictus sit Deus*, etc. [6], aperit custodiam et lunulam cum S. Hostia intus reponit, et custodiam claudit. Tum aperit ostiolum tabernaculi, SS. Sacramentum ibidem recondit, genuflexionem

---

[1] Vide, supra, p. vij, § 2°.

[2] Non autem *Dominus vobiscum*, nisi quando expresse praescribitur (v. g. post hymnum *Te Deum*).

[3] Tempore paschali, in exercitiis quae extra Officium canonicum, maxime coram SS. Sacramento habentur, *Alleluia* non est addendum ad Versiculos nisi quando expresse praescribitur uti ad ℣. *Panem de caelo* vel ad ℣℣. quibus semper inhaeret, v. g. *Gaude et laetare... Surrexit Dominus de sepulcro...* et alios hujusmodi.

[4] Haec altera incensatio requiritur etsi inter expositionem et *Tantum ergo* nullae interponantur preces, quo in casu non fit nova thuris impositio.

[5] Dum Sacerdos Benedictionem impertit, nihil debet cantari; licet tamen organa pulsare suavi ac gravi sonitu.

[6] Sacerdos has laudes recitat genuflexus vel in ora suppedanei vel in infimo gradu. In hoc ultimo casu velum dimittit — nulla praemissa inclinatione — quando est genuflexus in infimo gradu

simplicem efficit manibus Altare appositis, et ostiolum claudit. Deinde Ostensorium ad sinistram deponit cumque velo suo cooperit, corporale plicat, et intra bursam reponit, et in planum descendit.

10. Interim — juxta consuetudinem — cantatur Psalmus 116, *Laudate Dominum*, cum Antiphona *Adoremus* prius et posterius. Dum cantantur voces *Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto* Sacerdos stat mediocriter inclinatus.

11. Cantato *Gloria Patri* vel *Adoremus* (altera vice) Sacerdos, accepto a primo assistente bireto, genuflectit in plano, et capite cooperto et manibus junctis, comitantibus assistentibus qui fimbrias pluvialis sublevant, in sacristiam redit. Ibi, facta inclinationi mediocri Cruci vel Imagini principali, paramenta exuit.

§ 2. DE BENEDICTIONE SOLEMNI

(cum Sacris Ministris) [1].

1° *De Rebus Praeparandis :*

1. Altare paratur ut dictum est supra (p. vij) quando agitur de Benedictione sine assistentia Sacrorum Ministrorum.

2. In sacristia praeparentur amictus, alba, cingulum, stola et pluvialis albi coloris pro Celebrante; amicti, albae et cingula pro Sacris Ministris; stola transversa et dalmatica albi coloris pro Diacono; tunicella ejusdem coloris Subdiacono. Parentur etiam thuribulum et navicula, et intorticia duo, quatuor, sex ved ad summum octo.

2° *In Functione :*

1. Celebrans et Diaconus (lotis manibus) et subdiaconus paramenta supra designata assumunt, et bireto caput cooperiunt. Ad nutum Caeremoniarii Celebrans medius inter Sacros Ministros procedit in mediam sacristiam ubi omnes — capite detecto — reverentiam mediocrem Cruci vel Imagini principali efficiunt. Tunc procedunt ad Altare, capite cooperto, Celebrans manibus junctis medius inter Diaconum et Subdiaconum qui fimbrias pluvialis sublevant.

2. Ad fores sacristiae Caeremoniarius aquam benedictam offert Subdiacono et Diacono, atque hic dat Celebranti. Omnes, capite detecto, se signant, et procedunt capite cooperto.

3. In aditu presbyterii seu chori — si adsit Clerus, secus ad Altare — Celebrans et Sacri Ministri caput detegunt [2]. Diaconus

[1] Celebranti in impertienda Benedictione cum SS. Sacramento ministrare possunt, loco Diaconi et Subdiaconi, duo Clerici pluvialibus induti si Benedictio fiat immediate post Vesperas solemnes, id est si Celebrans cum Pluvialistis non recedat ab Altari : dummodo alter Sacerdos vel Diaconus exponat et reponat SS. Sacramentum, illudque Celebranti tradat et ab eo recipiat. Diacono et Subdiacono dalmatica et tunicella indutis in Benedictione SS. Sacramenti nequeunt adjungi duo vel quatuor Clerici induti pluviali.

[2] Si jam expositum sit SS. Sacramentum, omnes biretum deponunt quando in conspectu SS. Sacramenti veniunt.

cum consuetis osculis (nisi jam expositum sit SS. Sacramentum) recipit biretum Celebrantis, quod cum suo Caeremoniario tradit. Ad Altare omnes genuflexionem simplicem (duplicem, si jam expositum sit SS. Sacramentum) in plano efficiunt et in infimo gradu genuflectunt.

4. Post brevem orationem surgit Diaconus (nisi adsit Expositor), ascendit suppedaneum et SS. Sacramentum exponit modo quo supra (p. viij) describitur, at quoties genuflectit paululum recedit e medio versus cornu Epistolae, ne tergum vertat Celebranti. Exposito SS. Sacramento, Diaconus descendit et ad dexteram Celebrantis in infimo gradu genuflectit.

5. Celebrans et Sacri Ministri, praemissa inclinatione mediocri, surgunt et Celebrans incensum in thuribulum imponit (uti supra, p. viij, n. 4), Diacono sine osculis naviculam ministrante, et Subdiacono dexteram pluvialis fimbriam sublevante.

6. Diaconus thuribulum tradit Celebranti, cui dum incensat SS. Sacramentum Sacri Ministri fimbrias pluvialis levant et tam ante quam post incensationem profundam capitis inclinationem (id est inclinationem corporis mediocrem) faciunt. Postea Diaconus thuribulum accipit et thuriferario reddit.

7. Quando Celebrans surgit ad orationem cantandam Sacri Ministri genuflexi manent et librum sustinent.

8. Quando Celebrans ascendit ad Altare, Sacri Ministri eum comitantur et in ora suppedanei genuflectunt [1] quando Celebrans Ostensorium accepturus ad Altare genuflectit, et dum Benedictio impertitur inclinationem mediocrem faciunt et fimbrias pluvialis elevant.

9. Peracta Benedictione, si laudes *Benedictus sit Deus* dicendae sint, Celebrans — facta genuflexione — descendit cum Sacris Ministris, in infimo gradu genuflectit, velum humerale deponit (nulla praemissa reverentia), et laudes recitat. Deinde surgit Diaconus sine inclinatione, ascendit ad suppedaneum et SS. Sacramentum reponit modo quo dictum est supra (p. ix, n. 9), at quoties genuflectit paululum recedit e medio versus cornu Epistolae, ne tergum vertat Celebranti. Si autem laudes non sint recitandae, Celebrans et Subdiaconus descendunt in planum et Diaconus surgit, genuflectit et SS. Sacramentum deponit.

10. Clauso intra tabernaculum SS. Sacramento, surgunt Celebrans, Subdiaconus et assistentes (nisi tunc cantatur trisagium *Gloria Patri*, etc.). Diaconus, postquam Ostensorium velavit, et corporale in bursa reposuit, descendit et ad dexteram Celebrantis se sistit. Dum cantatur trisagium *Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto* omnes reverentiam mediocrem faciunt.

11. Cantato *Gloria Patri* vel *Adoremus* (altera vice), Celebrans et Sacri Ministri accipiunt bireta, genuflectunt in plano, et — capite

[1] Vel ipse Celebrans accipit et reponit Ostensorium secundum ritum a *Caeremoniali Episcoporum* (II, XXXIII, 27) praescriptum; vel — juxta praxim Romanam — Diaconus Ostensorium Celebranti tradere et ab eodem recipere potest, *utroque stante.*

cooperto — redeunt in sacristiam. Ibi, capite detecto, reverentiam mediocrem Cruci vel Imagini principali efficiunt, et paramenta deponunt.

§ 3. DE EXPOSITIONE ET BENEDICTIONE PRIVATA seu CUM PYXIDE.

1° *De Rebus praeparandis :*

Super Altare accendantur sex candelae cereae, et ibi ponantur bursa albi coloris cum corporali et clavicula tabernaculi. In abaco praeparentur velum humerale albi coloris et liber precum.

2° *In Functione :*

1. Sacerdos Celebrans lavat manus, superpelliceum et stolam albi coloris assumit [1], Cruci vel Imagini principali sacristiae reverentiam mediocrem efficit, et — cooperto capite manibusque junctis — ad Altare procedit, comitantibus (si adsint) duobus assistentibus et duobus intorticia ferentibus [2].

2. Ad Altare Sacerdos biretum deponit, et facta genuflexione in plano, in infimo gradu genuflectit et orat aliquantulum. Mox ascendit ad Altare, corporale in mensa explicat, ostiolum tabernaculi aperit, genuflectit unico genu manibus super mensam appositis, Pyxidem velatam ad anteriorem partem tabernaculi attrahit (ita ut a fidelibus videri possit) quin eam extrahat, et — iterata genuflexione — in planum descendit et in infimo gradu genuflectit [3].

3. Licet hymnos cantare, et preces approbatas recitare, ut in Benedictione solemni (cf. supra, p. vij, § 2°). Deinde cantantur (vel, si cantores desint, recitantur a Celebrante) hymnus *Tantum ergo* et ℣. et ℟. *Panem de caelo,* etc., et Sacerdos surgit et cantat (vel recitat) orationem *Deus qui nobis.*

4. Tunc Sacerdos genuflexus assumit velum humerale, ascendit ad Altare, simplicem genuflexionem efficit, Pyxidem extrahit et ponit super corporale, illamque totaliter extremitabibus veli humeralis cooperit, ad populum se vertit, et more solito cum Pyxide velata Benedictionem impertit.

5. Peracta Benedictione, Sacerdos Pyxidem super corporale reponit, et, manibus velo expeditis, in ora tabernaculi — ut prius —

---

[1] Usus pluvialis nec praescribitur nec interdicitur ideoque laudabiliter adhibetur. Si Benedictio cum Pyxide Missam sequatur, Sacerdos — deposito manipulo — casulam retinere potest (nisi sit coloris nigri), adhibito super eam velo humerali pro ipsa Benedictione.

[2] Si desint ceroferari laudabiliter accenduntur duae candelae quae in majoribus candelabris in plano ponuntur.

[3] In Expositione privata SS. Sacramentum incensare licet (modo et tempore quo incensatur in Expositione et Benedictione cum Ostensorio), omissio autem hujus incensationis conformior est praxi Ecclesiae.

collocat. Deinde genuflexione peracta, descendit in planum, genuflexus in infimo gradu velum humerale dimittit, et laudes *Benedictus sit Deus* (si sit consuetudo) recitat [1].

6. Deinde ascendit ad Altare, genuflectit, Pyxidem in tabernaculo recondit, iterum genuflectit, ostiolum claudit, corporale in bursa reponit, et descendit in planum

7. Ibi, accepto bireto, genuflectit in plano, et, capite cooperto, manibusque junctis, in sacristiam redit et, facta reverentia mediocri Cruci vel Imagini principali, paramenta exuit.


[1] Si laudes non sint recitandae, reposita Pyxide super Corporale, statim Sacerdos genuflectit et velum humerale dimittit. Deinde Pyxidem in tabernaculo recondit, genuflexionem efficit et se gerit uti supra describitur (n. 6).

I. IN HONOREM SS. SACRAMENTI.

1. — O salutaris. I.




2. — O salutaris. II.






3. — O salutaris. III.



4. — O salutaris. IV.



li-um. 2. Uni trinóque Dómino Sit sempi-térna gló-ri- a,

Qui ví-tam si-ne término Nóbis dónet in pátri- a. Amen.

5. — O salutaris. V.

2. O sa-lutá-ris Hósti- a, Quae caéli pándis ósti-um,

Bélla prémunt hostí-li- a, Da róbur, fer auxí-li- um. 2. Uni

trinóque Dómino Sit sempi-térna gló-ri- a, Qui ví-tam


sine término Nóbis dónet in pátri- a. Amen.

6. — O salutaris. VI.


4. O sa-lu-tá-ris Hósti- a, Quae caé- li pándis ó-

sti-um, Bélla prémunt hostí- li- a, Da róbur, fer au-xí- li-um.

2. Uni trinóque Dómino Sit sem-pi-térna gló-ri- a, Qui



7. — O salutaris. VII.



8. — Panis angelicus. I.






9. — Panis angelicus. II.





10. — Panis angelicus. III.




nis caéli-cus figú-ris términum : O res mi-rábi-lis! man-
dú-cat Dóminum Páuper, sérvus, et húmi-lis. 2. Te trí-na
Dé- i-tas únaque póscimus; Sic nos tu ví-si-ta, sic-ut
te có- limus; Per tú-as sémi-tas duc nos quo téndimus,
Ad lu-cem quam inhábi-tas. Amen.

11. — Ave verum.


6.
A - ve vérum * Córpus nátum de Ma-rí- a Vírgine :
Ve-re pássum, immo-látum in Crúce pro hómine. Cújus
lá-tus perfo-rá- tum flúxit áqua et sángui-ne : Esto
nóbis praegustá-tum mórtis in ex-ámine. O Jésu




12. — Adoro te.




3. In Crúce latébat sóla Déitas,
At hic látet simul et humánitas :
Ambo tamen crédens atque cónfitens,
Péto quod petívit látro poénitens.

4. Plágas, sicut Thómas, non intúeor :
Déum tamen méum te confíteor :
Fac me tíbi semper mágis crédere,
In te spem habére, te dilígere.


5. O memoriále mórtis Dómini!
Pánis vívus vítam praéstans hómini!
Praésta méae ménti de te vívere,
Et te illi semper dúlce sápere.



6. Pí- e pellicáne, Jé-su Dómine! Me immúndum mún-



da tú-o Sánguine : Cú-jus úna stíl-la sálvum fácere




Tó-tum múndum quit ab ómni scé-le-re.


7. Jésu, quem velátum nunc aspício,
Oro fíat íllud quod tam sítio :
Ut te reveláta cérnens fácie,
Vísu sim beátus túae glóriae. Amen.

13. — Ecce panis.


7.




E C-ce pánis Angelórum, Fáctus cíbus vi-atórum :



Vere pánis fi- li-órum, Non mitténdus cánibus. In figú-




ris praesignátur, Cum Isa-ac immo-látur, Agnus Páschae




de-putátur, Dátur mánna pátribus. Bóne pástor, pánis vé-




14. — Ego sum panis. I.




15. — Ego sum panis. II.






16. — Ego sum panis. III.



17. — Cibavit illos. I.






18. — Cibavit illos. II.




19. — Gustate.





Ps. 33. Benedí-cam Dóminum in ómni témpore : semper
laus é-jus in ó-re mé- o. * Be- á-tus. ℣. Magni-fi-cá-te Dó-
minum mécum : et exaltémus nómen é-jus in id- ípsum.
* Be- á-tus. ℣. Accédi-te ad é- um et illumi-námini
et fá-ci- es véstrae non confundéntur. * Be- á-tus. ℣. Gló-
ri- a Pátri, et Fí-li- o, et Spi-rí-tu- i Sáncto. * Be- átus.
℣. Sic-ut é-rat in princí-pi- o, et nunc, et semper, et in saé-
cu-la saecu-lórum. Amen. * Be- á-tus. ℣. Gustá-te, et
vidé- te quó- ni- am su- á-vis est Dómi- nus :
* Be- á-tus vir qui spé-rat in é- o.

20. — Ubi caritas.






21. — Adoramus te.





22. — Jesu dulcis amor meus.




vúlnerum. 2. O quam núdum hic te cérno, Vulne-rá-tum et
di-sténtum, Inquiná-tum, invo-lú-tum, In hoc sacrá-to
tégmi-ne! 3. Sálve cáput cru-entá-tum Spínis cú-jus dúlcis
vúl-tus Immutá-vit sú-um fló-rem, Quem caé-li trémit
cú-ri- a. 4. Sálve látus Salva-tó-ris, Sálve mí-tis apertú-
ra, Super ró-sam rubi-cúnda, Medé- la sa-lu- tí-fe-ra.
5. Mánus sánctae, vos avé- te, Dí-ris clávis perfo- rá- tae :
Ne repéllas me Salvá- tor De tú- is sánctis pédibus.
Amen.

23. — O Panis dulcissime.







24. — Jesu nostra refectio.



25. — Christum regem.





pin- guédinem. Ps. 33. Benedí-cam Dóminum in ómni
témpo-re : semper laus é-jus in óre mé- o. * Qui se.
℣. Magni- ficá-te Dóminum mécum : et exaltémus nómen
é-jus in id-ípsum. * Qui se. ℣. Accédi-te ad é-um, et
illumi-námi-ni : et fáci- es véstrae non confundéntur.
* Qui se. ℣. Gustáte, et vidé-te quóni- am su- ávis est
Dómi-nus : be-átus vir qui spé- rat in é- o. * Qui se.
℣. Gló-ri-a Pátri, et Fí-li- o, et Spi-rí- tu-i Sáncto.
* Qui se. ℣. Sicut érat in princípi- o, et nunc, et semper,



26. — Venite, populi.






27. — Homo quidam.




28. — Unus panis.



29. — Immolabit haedum.





Isra- el ad vé- spe-ram Páschae : * Et é-
dent cárnes, et a-zý- mos pá- nes. ℣. Pá-
scha nóstrum immo-lá- tus est Chrí-stus : í-
taque e-pu-lé-mur in ázymis since-ri-tá- tis et
ve-ri-tá- tis. * Et. Glo-ri- a Pá-tri, et Fí-
li- o, et Spi-rí- tu- i Sáncto. * Et.

II. PRO DIVERSIS TEMPORIBUS ET FESTIS.


TEMPORE ADVENTUS.

30. — Rorate caeli desuper.




1. R Oráte caéli dé-super, et núbes plú- ant jústum.


Repetitur : Roráte.




I. Ne i-rascá-ris Dómine, ne ultra memíne-ris iniqui-tá-




tis : ecce cí-vi-tas Sáncti fácta est desérta : Sí- on desér-



ta fácta est : Jerúsa-lem deso-lá- ta est : dómus sancti- fi-



ca-ti- ónis tú-ae et glóri- ae tú- ae, ubi laudavérunt te




pátres nóstri. ℟. Roráte.


2. Peccávimus, et fácti súmus tamquam immúndus nos,
et ce-cídimus quasi fó-li- um uni-vérsi : et iniqui-tátes
nóstrae quasi véntus abstu-lé- runt nos : abscondísti fá-
ci- em tú- am a nóbis, et alli-sísti nos in mánu in-iqui-
tá- tis nóstrae. ℟. Roráte.
3. Víde Dómine afflicti- ónem pópu-li tú- i, et mítte
quem missú-rus es : emítte Agnum dominató-rem térrae,
de Pétra desérti ad móntem fí- li- ae Sí- on : ut áuferat
ípse júgum captivi-tá- tis nóstrae. ℟. Roráte.
4. Consolámini, conso-lámini, pópule mé- us : ci-to véni- et



31. — En clara vox redarguit.



Omnes simul cum lácrymis Precémur indulgénti- am.

4. Ut, cum secúndo fúlse-rit, Metúque múndum cínxe-rit,

Non pro re- átu púni- at, Sed nos pí- us tunc prótegat.

5. Vírtus, hónor, laus, gló-ri- a Dé- o Pátri cum Fí-li- o,

Sáncto simul Parácli-to, In saeculórum saécu-la. Amen.


32. — Qui regis sceptra.

4. QUI régis scéptra fórti déxtra só-lus cúncta :

Tu plébi tú-a osténde mágnam exci-tándo poténti- am.

Praésta dóna illi sa-lutá-ri- a : Quae praedixérunt prophé-

ti-ca va-ti-cíni- a. A clára pó-li régi- a : In nóstra



Jésum mítte Dómine árva. Amen.

℣. Roráte caéli désuper, et núbes plúant jústum.
℟. Aperiátur térra, et gérminet Salvatórem.


Oratio.

SUscipiámus, Dómine, misericórdiam tuam in médio templi tui : † ut reparatiónis nostrae ventúra solémnia * cóngruis honóribus praecedámus. Per Christum Dóminum nostrum.


TEMPORE NATALIS DOMINI.

33. — Laetabundus.


6.




LÆtabúndus Exsúltet fidé-lis chórus, Alle-lú-ia :




2. Régem régum Intáctae pro-fúdit thórus, Res mi-ránda.




3. Ange-lus consí-li- i Nátus est de Vírgi- ne, Sol de



stélla : 4. Sol occá-sum nésci- ens, Stélla semper rú-ti- lans,




Semper clára. 5. Sic-ut sí-dus rádi- um Pró-fert Vírgo



Fí-li- um, Pá-ri fórma. 6. Neque sí-dus rádi- o, Neque



Má-ter Fí-li- o Fit corrúpta. 7. Cédrus álta Lí-ba- ni
Conformá-tur hýssopo Válle nóstra. 8. Vérbum ens Al-
tíssi- mi, Corpo-rá-ri pássum est, Cárne súmpta.
9. Isa- í- as cé-ci-nit, Synagóga mémi- nit, Numquam ta-
men dé- si-nit Esse caéca. 10. Si non sú-is vá-tibus,
Crédat vel gentí- li- bus Sibyl-lí-nis vérsibus Haec prae-
dícta. 11. Infé-lix própe-ra, Créde vel vé-te-ra : Cur damná-
be-ris, Gens mí-se-ra? 12. Quem dócet lítte-ra Nátum con-
síde-ra : Ipsum génu- it Pu-érpe-ra. Alle-lú-ia.

34. — Ecce nomen Domini.




35. — Puer natus.







2. Assúmpsit cárnem Fí-li- us, alle-lú-ia, Dé- i Pátris




altíssimus, alle-lú-ia, alle-lú-ia. ℟. In córdis.




3. Per Gabri-é-lem núnti- um, alle-lú-ia, Vírgo concépit




Fí-li- um, alle-lú-ia, alle-lú-ia. ℟. In córdis.




4. Tamquam spónsus de thá-lamo, alle-lú-ia, Procéssit




Mátris ú-te-ro, alle-lú-ia, alle-lú-ia. ℟. In córdis.




5. Hic jácet in praesépi- o, alle-lú-ia, Qui régnat sine



término, alle-lú-ia, alle-lú-ia. ℟. In córdis.



6. Et Ange-lus pastó-ribus, alle-lú-ia, Revé-lat quod sit




Dóminus, alle-lú-ia, alle-lú-ia. ℟. In córdis.


7. Réges de Sába véni- unt, alle-lú- ia, Aurum, thus, mýr-
rham óffe-runt, alle-lú-ia, alle-lú-ia. ℟. In córdis.
8. Intrántes dómum ínvicem, alle-lú-ia, Nóvum sa-lútant
Príncipem, alle-lú-ia, alle-lú-ia. ℟. In córdis.
9. De Mátre nátus Vírgine, alle-lú-ia, Qui lúmen est de
lúmine, alle-lú-ia, alle- lú-ia. ℟. In córdis.
10. Sine serpéntis vúlne-re, alle-lú-ia, De nóstro vénit
sánguine, alle-lú-ia, alle-lú-ia. ℟. In córdis.
11. In carne nóbis sími-lis, alle-lú-ia, Peccáto sed dis-
sími-lis, alle-lú-ia, alle-lú-ia. ℟. In córdis.




36. — O beata infantia.







O fe- lí- ces pánni, quíbus peccatórum sór-des extér-



simus! O praesé-pe spléndidum, in quo non só-lum já-



cu- it foé- num a-ni-má-li- um, sed cíbus invén-tus est



Ange- ló-rum!

℣. Vérbum cáro fáctum est, allelúia.
℟. Et habitávit in nóbis, allelúia.


Oratio.

DA nobis, quaésumus omnípotens Deus: † ut, qui nova incarnáti Verbi tui luce perfúndimur; * hoc in nostro respléndeat ópere, quod per fidem fulget in ménte. Per eúmdem Christum.


IN FESTO S. NOMINIS JESU.

37. — Jesu decus angelicum.


2.




JEsu décus angé-licum, In áure dúlce cánticum, In



óre mel mi-rí-ficum, In córde néctar caélicum. 2. Qui te




gústant, esú-ri-unt; Qui bíbunt, adhuc sí-ti-unt; De-side-rá-



38. — Jesu dulcis memoria.






℣. Sit nómen Dómini benedíctum.
℟. Ex hoc nunc, et usque in saéculum.

Oratio.

Deus, qui unigénitum Fílium tuum constituísti humáni géneris Salvatórem, et Jesum vocári jussisti : † concéde propítius ; ut, cujus sanctum nomen venerámur in terris, * ejus quoque aspéctu perfruámur in caelis. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum.

IN EPIPHANIA DOMINI.

39. — Illuminare.




℣. Adoráte Déum.
℟. Omnes Angeli éjus.

Oratio.

DEus, qui hodiérna die Unigénitum tuum géntibus stella duce revelásti : † concéde propítius ; ut qui jam te ex fide cognóvimus, * usque ad contemplándam spéciem tuae celsitúdinis perducámur. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum.

TEMPORE SEPTUAGESIMAE.

40. — Ego dixi, Domine. I.




41. — Ego dixi, Domine. II.



42. — Media vita.






℣. Dómine refúgium fáctus es nóbis.
℟. A generatióne et progénie.

Oratio.


PReces pópuli tui, quaésumus Dómine, cleménter exáudi : † ut qui juste pro peccátis nostris afflígimur, * pro tui nóminis glória misericórditer liberémur. Per Christum Dóminum nostrum.

TEMPORE QUADRAGESIMAE.

43. — Attende Domine.

5.



A Tténde Dómine, et mi-se-rére, qui-a peccávimus




tí- bi. *Repetitur* : Atténde.




1. Ad te Rex súmme, ómni- um Redémptor, ócu-los nó-




stros sublevámus fléntes : exáudi, Chríste, supplicántum




pré-ces. ℟. Atténde.




2. Déxtera Pátris, lápis angu-lá-ris, ví- a sa-lú-tis, jánu-a



caeléstis, áblu-e nóstri mácu-las de- lícti. ℟. Atténde.





3. Rogámus, Dé-us, tú-am ma-jestá-tem : áuribus sácris gé-



44. — Miserere et parce.











scimus. * Quia peccávimus tíbi.
2. Ora-ti- ónes sacerdótum áccipe, et quaéque póstu-lant
afflu- énter trí-bu-e : ac tú-ae plébi mi-se-ré-re Dómine.
Quia peccávimus tíbi.
3. Furó-rem tú- um adduxísti su-per nos : nóstra de-lícta
dí- re curvavé-runt nos : et absque úlla spe de-fé-cimus.
* Quia peccávimus tíbi.
4. Trádi-ti súmus má-lis quae nescímus, et ómne má-lum
írru- ít su-per nos : et invocávimus, et non audí-vimus.
* Quia peccávimus tíbi.
5. Omnes clamámus, ómnes te requí- rimus : te poeniténtes
lácrimis proséquimur : cujúsque í-ram ípsi provo-cávimus.
* Quia peccávimus tíbi.




Chorus repetit Miserére.


45. — Parce Domine. I.

1.

P Arce Dómi-ne, párce pópu-lo tú- o : ne in aetér-

num i-rascá-ris nó-bis. *Repetitur :* Párce Dómine.

1. Flectámus í-ram víndi-cem, Plo-rémus ante Júdi-cem;

Clamémus óre súppli-ci, Dicámus ómnes cérnu- i :
℟. Párce Dómine.

2. Nóstris má-lis offéndimus Tú- am Dé-us cleménti- am

Effúnde nóbis désuper Remíssor indulgénti- am.
℟. Párce Dómine.

3. Dans témpus acceptábi-le, Da lacrimárum rívu-lis


Lavá-re córdis víctimam, Quam laéta adú-rat cá-ri-tas.
℟. Párce Dómine.




4. Audi, benígne Cóndi-tor, Nóstras préces cum flé-tibus



In hoc sácro jejú- ni-o Fúsas quadragená-ri- o.
℟. Párce Dómine.




5. Scru-tátor álme córdi- um, Infirma tu scis ví-ri-um; Ad




te re-vérsis éxhibe Remissi-ónis grá-ti- am.
℟. Párce Dómine.

46. — Parce Domine. II.

2.




PArce Dómi- ne, * párce pópu-lo tú- o : quem




redemísti pre-ti-óso Sánguine tú- o.

47. — *Ps. 50.* Miserere mei Deus.


2.





MIse-ré-re mé- i Dé-us : * secúndum mágnam mi-




se-ri-córdi- am tú- am. 2. Et secúndum multi-túdinem mi-



se-ra-ti-ónum tu- árum, * dé-le in-iqui-tá-tem mé- am.
3. Ampli-us láva me ab in-iqui-tá-te mé-a : * et a pec-
cá-to mé-o múnda me. 4. Quóni-am iniqui-tá-tem mé-am
égo cognósco: * et peccátum mé-um cóntra me est semper.
5. Tí-bi só-li peccávi, et má-lum córam te fé-ci : * ut ju-
sti-fi-cé-ris in sermónibus tú-is, et víncas cum judi-cá-ris.
6. Ecce enim in in-iqui-tá-tibus concéptus sum : * et in pec-
cá-tis concépit me máter mé- a.
7. Ecce enim ve-ri-tá-tem di-le-xísti : * incérta et oc-
cúlta sapi-énti-ae tú-ae mani-festásti mí-hi. 8. Aspérges


me hyssópo, et mundábor : * lavábis me, et super ní-vem
de- albá-bor.
9. Audí-tu- i mé-o dábis gáudi- um et lae-tí- ti- am : * et
exsultábunt óssa humi-li- á-ta. 10. Avérte fá-ci- em tú- am
a peccá- tis mé- is : * et ómnes iniqui-tá-tes mé-as dé-le.
11. Cor múndum cré-a in me Dé-us : * et spí-ri-tum réctum
ínnova in viscé-ribus mé- is. 12. Ne pro-jí-ci- as me a
fá-ci- e tú-a : * et spí-ri-tum sánctum tú-um ne áufe-
ras a me.
13. Rédde míhi laetí- ti-am sa-lutá-ris tú- i : * et spí-ri-tu



princi-pá-li confírma me. 14. Docébo iníquos ví- as tú- as : *
et ímpi- i ad te converténtur.
15. Lí-be-ra me de sanguínibus Dé- us, Dé- us sa-lú-tis
mé-ae : * et exsultábit língua mé- a justí- ti-am tú- am.
16. Dómine lábi- a mé- a a-pé-ri- es : * et os mé-um annun-
ti-á-bit láudem tú- am.
17. Quóni- am si vo-lu- ísses sacri- fí-ci- um, dedíssem ú-ti-
que : * ho-locáustis non de-lectá-be-ris. 18. Sacri- fí-ci- um
Dé-o spí- ri-tus contri-bu-látus : * cor contrí-tum et humi-
li-átum Dé- us non despí-ci-es.




19. Benígne fac Dómine in bóna vo-luntáte tú- a Sí- on :*



ut aedi- fi-céntur mú-ri Je-rú-sa-lem. 20. Tunc acceptábis



sacri- fí-ci- um justí- ti-ae, obla-ti- ónes et ho-locáusta : *



tunc impónent super altá-re tú-um ví- tu-los.


In fine omittitur Glória Pátri *et dicitur :*



Mi-seré-re mé- i Dé-us : mi-se-ré-re mé- i.

48. -- Exaudi nos Domine.


1.




EX-áudi nos Dómi-ne, * qui ex-audísti Jónam




de véntre cé- ti; exáudi nos clamántes, qui exaudí-




sti Dá-vid jacéntem in ci- lí-ci- o, clamántem et di-



49. — Domine, non secundum.





℣. Convérte nos Déus salutáris nóster.
℟. Et avérte íram túam a nóbis.

Oratio.

Dominica I. in Quadragesima.

DEus cui próprium est miseréri semper et párcere, súscipe deprecatiónem nostram † ut nos et omnes fámulos tuos quos delictórum caténa constríngit * miserátio tuae pietátis cleménter absólvat. Per Christum Dóminum nostrum.

Dominica II. in Quadragesima.

EXáudi, quaésumus Dómine, súpplicum preces † et confiténtium tibi parce peccátis * ut páriter nobis indulgéntiam tríbuas benígnus et pacem. Per Christum Dóminum nostrum.


Dominica III. in Quadragesima.


INeffábilem nobis Dómine misericórdiam tuam cleménter osténde † ut simul nos et a peccátis ómnibus éxuas, * et a poenis quas pro his merémur erípias. Per Christum Dóminum nostrum.


Dominica IV. in Quadragesima.


DEus qui culpa offénderis, paeniténtia placáris, † preces pópuli tui supplicántis propítius réspice * et flagélla tuae iracúndiae quae pro peccátis nostris merémur avérte. Per Christum Dóminum nostrum.

49 bis. — Divinae pacis.





[IV. Pro fámu-lo tú-o *N.* Impe-rató-re, et fámu-la tú-a
N. Impe-ratrí-ce, et ómni exérci-tu e-ó- rum, * Precá-
mur te. ℟. Dó- mi- ne, mi-se- ré-re].
V. Pro páce eccle-si- á- rum, voca-ti-óne génti- um, et
qui- é-te populó- rum, * Precámur te. ℟. Dó- mi-
ne mi-se- ré-re.
VI. Pro civi-táte hac, et conversa-ti-óne é-jus, omni-
búsque habi-tántibus in é- a, * Precámur te. ℟. Dó-
mi- ne, mi-se- ré-re.


VII. Pro á-e-rum tempé-ri- e, ac frúctu-um, et fecun-
di-táte terrá- rum, * Precámur te. ℟. Dó- mi- ne,
mi-se- ré-re.
VIII. Pro virgínibus, vídu- is, órphanis, captívis ac
paeni-ténti-bus, * Precámur te. ℟. Dó- mi- ne,
mí-se- ré-re.
IX. Pro navigántibus, í-ter agéntibus, in carcé-ribus
in víncu-lis, in me-tállis, in exí-li- is consti-tú- tis, * Precá-
mur te. ℟. Dó- mí- ne, mi-se- ré-re.



X. Pro his qui divérsis infirmi-tá-tibus de-tinén-tur,
quique spi-rí-tibus vexántur immúndis, * Precámur te.
℟. Dó- mi- ne, mi-se- ré-re.
XI. Pro his qui in sáncta tú-a Ecclé-si- a frúctus
mi-se-ricórdi-ae largi- ún-tur, * Precámur te. ℟. Dó-
mi- ne, mi-se- ré-re.
XII. Exáudi nos, Dé-us, in ómni o-ra-ti- óne, atque
depreca-ti- óne nóstra, * Precámur te. ℟. Dó- mi-
ne, mi-se- ré-re.
Di-cámus ómnes : ℟. Dó- mi- ne, mí-se- ré-re.

TEMPORE PASSIONIS.


50. — Prosternimus preces.




P Rostérnimus préces ante fáci- em tú-am párce




Chrí- ste : * Et exáudi, pópulo supplicánti mi-seré-re.




℣. 1. Qui tri- úmpho Crúcis tú-ae salvásti só-lus órbem,




tu cru-ó-ris tú- í poéna nos lí-bera. * Et exáudi.




℣. 2. Qui mó-ri- ens mórtem dámnas, resúrgens ví-tam praé-




stas, sústinens pro nóbis poénam indé-bi-tam. * Et exáudi.




℣. 3. Passi- ónis tú-ae dí- es ce-lebrémus indémnes : ut per



hoc dulcédo tú-a nos fó-ve- at. * Et exáudi.




℣. 4. Pro quibus es pássus crúcem, non permíttas per-í-re :



Repetitur : Prostérnimus preces.

51. — Salve Crux sancta.



mi-se-rá-tus frági- lem, Per Crú-cem sánctam lápsis dóna

vé- ni-am. 4. Pró-te-ge, sálva, béne-dic, sanctí- fi- ca

Pópulum cúnctum Crúcis per signácu-lum : Mórbos avérte

córpo-ris et ánimae : Hoc contra sígnum núllum stet per-

í- culum. 5. Sit Dé- o Pátri laus in Crúce Fí- li- i,


Sit co-aequá-lis laus sáncto Spi- rí-tu- i : Cí-vibus súm-

mis gáudi- um sit Ange- lis, Hónor sit múndo Crúcis

Exaltá- ti- o. Amen.

52 — Insurrexerunt in me.

3. I Nsurrexérunt * in me ví-ri iníqui



℣. Eripe me de inimícis méis, Déus méus.
℟. Et ab insurgéntibus in me libera me.


Oratio.

Omnípotens sempitérne Deus, qui humáno géneri ad imitándum humilitátis exémplum, Salvatórem nostrum carnem súmere, et crucem subíre fecísti : † concéde propítius; ut et patiéntiae ipsíus habére documénta, * et resurrectiónis consórtia mereámur. Per eúmdem Christum.


IN RESURRECTIONE DOMINI.

53. — Salve festa dies.

4.




S Alve fésta di- es, tó-to venerábi- lis aévo, Qua




Dé-us inférnum ví-cit et ástra ténet.


Chorus repetit Sálve fésta.




1. Ecce renascéntis testá-tur grá-ti- a múndi Omni- a



cum Dómino dóna redísse sú-o. Sálve.




2. Namque tri- umphánti post trísti- a tárta-ra Chrí-sto



Undique frónde némus, grámina flóre fávent. Sálve.



3. Qui génus humánum cérnens mersísse profúndo, Ut





hóminem e-rípe-res, es quoque fáctus hómo. Sálve.



54. — Salve dies dierum gloria.




victó-ri-a, Dí-es dí-gna júgi laetí-ti-a, Dí-es príma
2. Lux di-vína caécis irrádi-at, In qua Chrístus inférnum
spó-li-at, Mórtem vín-cit, et reconcí-li-at Súmmis íma.
3. Sempi-térni Régis senténti-a Sub peccá-to conclú-sit
ómni-a, Ut infírmis supérna grá-ti-a Subvení-ret.
4. Dé-i vírtus et sapi-énti-a Tempe-rávit í-ram clemén-
ti-a, Cum jam múndus in praeci-pí-ti-a Tótus í-ret.
5. Insultá-bat nóstrae mi-sé-ri-ae Vé-tus hóstis, áuctor ma-
lí-ti-ae, Qui-a núlla spes é-rat véni-ae De pec-cá-tis.


6. Despe-ránte múndo remé-di- um, Dum te-né-rent cúncta
si-lénti- um, Dé-us Pá-ter emí-sit Fí-li- um Despe- rá-tis.
7. Praédo vó-rax, mónstrum tartáre- um, Cárnem ví- dens
nec cávens láque-um, In laténtem rú-ens acúle- um, Adun-
cátur. 8. Digni-tá-tis príma condí-tí- o Reformá- tur nóbis
in Fí-li- o, Cújus nóva nos resurrécti- o Conso- látur.
9. Resurré-xit líber ab ínfe-ris Restaurá-tor humáni géne-
ris, Ovem sú-am repórtans húme-ris Ad supérna. 10. An-
ge-ló-rum pax fit et hóminum, Pleni-túdo succréscit



℣. Surréxit Dóminus de sepúlcro. Allelúia.
℟. Qui pro nóbis pepéndit in lígno. Allelúia.


Oratio.

SPíritum nobis, Dómine, tuae caritátis infúnde † ut quos paschálibus sacraméntis satiásti * tua fácias pietáte concórdes. Per Christum Dóminum nostrum.


TEMPORE PASCHALI.


55. — Christus resurgens.




mó-ri-tur : mors íl-li ul- tra non domi-ná-bi-
tur : * Quod enim mórtu-us est peccá-to, mór-tu-us est
sémel; quod au- tem ví- vit, ví- vit Dé- o, al-
le- lú- ia, al-le-lú-ia. ℣. Dí-cant nunc Judaé- i
quó- modo mí- li-tes custodi- éntes sepúlcrum perdidé-
runt Ré-gem; ad lápidis po-si-ti- ó-nem quá-re non ser-
vá-bant Pé- tram ju- stí- ti-ae? Aut sepúl- tum réd-
dant, aut resúrgéntem adó- rent, nobíscum di- céntes.
* Quod enim. Gló- ri- a Pá- tri, et Fí- li- o, et
Spi- rí- tu- i Sán- cto. * Quod enim.

56. — Exsultemus et laetemur.





6. Ce-lebrántes hoc Páscha sanctíssimum, Epu-lémur ve-ri-




tá-tis ázymum. * Alle-lú-ia, resurré-xit Dómi- nus.



7. Fermentátum expurgémus nóxi- um : Víctor súrgit, vé-ra




ví-ta ómni- um. * Alle-lú-ia, resurré-xit Dómi- nus.



8. In hoc ergo vetustá-tis término, Sérvus líber BENE-



DÍCAT DÓMINO. * Alle-lú-ia, resurré-xit Dómi- nus.




9. Ab ínfe-ris nunc rédit captí-vi-tas : Omnes DÉ-O re-fe-




rámus GRÁTI- AS. * Alle-lú-ia, resurré- xit Dómi- nus.

57. — Ego sum Alpha.



1. E -go sum * Alpha et O, prímus et no- víssimus,



In-í-ti-um et Fí-nis, qui ante múndi princí-pi- um, et in



58. — Alleluia, Lapis revolutus est.



℣. *et Oratio ut in die Paschae,* 63*.


IN ASCENSIONE DOMINI.


59. — Omnes gentes.


4.


ALle-lú-ia : * Alle-lú-ia, alle-lú-ia.
Chorus repetit Allelúia.


Psalmus 46.



℣. Omnes géntes pláudi-te mánibus : jubi-láte Dé-o in



vóce exsulta-ti-ónis. * Alle-lú-ia, alle-lú-ia.


℣. Quó-ni-am Dóminus excélsus, terrí-bi-lis : rex mágnus


super ómnem térram. Alle-lú-ia : alle-lú-ia, alle-lú-ia.


℣. Subjé-cit pópu-los nóbis : et géntes sub pédibus nóstris.


* Alle-lú-ia, alle-lú-ia.


℣. E-légit nóbis he-re-di-tátem sú-am : spé-ci- em Jácob


quam di-léxit. Alle-lú- ia : alle-lú-ia, alle-lú-ia.
℣. Ascéndit Dé-us in júbi-lo : et Dóminus in vóce túbae.
* Alle-lú-ia, alle-lú-ia.
℣. Psál-li-te Dé-o nóstro, psálli-te : psálli-te régi nóstro psál-
li-te. Alle-lú- ia : alle-lú-ia, alle- lú-ia.
℣. Quóni-am rex ómnis térrae Dé-us : psálli-te sapi-énter.
* Alle-lú-ia, alle- lú- ia.
℣. Regnábit Dé-us super géntes : Dé-us sédet super sédem
sánctam sú-am. Alle-lú- ia : alle-lú-ia, alle-lú-ia.
℣. Príncipes popu-lórum congregá-ti sunt cum Dé-o Abra-

ham : quóni-am dí- i fórtes térrae veheménter e-levá-ti sunt.

* Alle-lú-ia, alle-lú- ia.

℣. Gló-ri- a Pátri, et Fí-li- o, et Spi-rí-tu- i Sáncto.

Alle-lú-ia : alle-lú-ia, alle- lú-ia.

℣. Sicut érat in princípi- o, et nunc, et semper, et in


saécu-la saecu-lórum. Amen. * Alle-lú- ia, alle- lú- ia.


℟. Alle-lú- ia : alle-lú-ia, alle- lú-ia.

60. — Optatus votis omnium.

1. O -ptá- tus vó- tis ómni- um, Sacrá- tus il-lúxit

dí- es, Quo Chrístus, mún-di spes, Dé-us Conscén-dit caé-


los árdu-os. 2. Scándens in ál-tum Dómi-nus Sédem re-
cúrrit própri-am : Gaví-sa sunt caéli régna Rédi- tu
U- nigéni-ti. 3. Mágni tri- úmphum praé-li- i, Múndi
perémpto príncipe, Pátris praesén-tat vúl- tibus Victrí-
cis cár-nis gló-ri- am. 4. Est e-levá- tus núbi-bus, Fe-cít-
que spem credéntibus : Et pa-radí- sum á- pe-rit, Quem
pro- to-plá- sti cláuse-rant. 5. O gránde cúnctis gáudi- um,
Quod pár-tus álmae Vírgi-nis, Post spú-ta, flá-gra, post
crúcem, Sédi pa- térnae júngi-tur! 6. Agámus er-go grá-
ti- as Nóstrae sa-lú-tis víndi-ci, Nóstrum córpus quod



℣. Ascéndens Chrístus in áltum.
℟. Captívam dúxit captivitátem.


Oratio.

Concéde, quaésumus omnípotens Deus : † ut qui hodiérna die Unigénitum tuum Redemptórem nostrum ad caelos ascendísse crédimus, * ipsi quoque mente in caeléstibus habitémus. Per eúmdem.

IN DIE PENTECOSTES.

61. — Veni Sancte Spiritus.


8.




V Eni Sáncte Spí- ri-tus, * réple tu-ó-rum córda fidé-



li- um, et tú- i amó-ris in é- is ígnem ac-cénde : qui per




di-versi-tá-tem linguárum cunctárum géntes in uní-tá-te



fíde- i congre-gásti.

62. — Beata nobis.


1.




B E- á-ta nóbis gáudi- a Anni redú-xit órbi- ta,



Cum Spí-ri-tus Pa-ráclitus Illápsus est Apósto-lis. 2. Ignis



vibránte lúmine Línguae figú-ram dé-tu- lit, Vérbis ut


éssent próflu-i, Et cari-tá- te férvi-di. 3. Línguis loquún-
tur ómni- um, Turbae pávent Gentí-li- um : Músto madére
députant Quos Spí-ri-tus repléve-rat. 4. Patrá-ta sunt haec
mýsti-ce, Páschae perácto témpo-re, Sácro di-érum círcu-lo,
Quo lége fit remíssi- o. 5. Te nunc, Dé-us pi- íssime,
Vúltu precámur cérnu- o, Illápsa nóbis caéli-tus Largí-re
dó- na Spí-ri- tus. 6. Du-dum sacrá-ta péctora Tú-a replésti
grá-ti- a : Dimítte nóstra crímina, Et da qui-é- ta témpo-
ra. 7. Dé- o Pátri sit gló-ri- a, Et Fí-li- o, qui a mórtu- is

Surréxit, ac Pa-rácli-to, In saecu-ló- rum saécu-la. Amen.

63. — Qui procedis.

1. et 2.

QUI procé-dis ab utróque, Geni-tó-re Ge-ni-tóque,

Pá-ri-ter Parácli-te. 2. Rédde línguas e-loquéntes, Fac fer-

véntes in te méntes Flámma tú-a dí-vi-te. 3. Amor Pátris


Fi-li- íque, Par ambórum, et utrí-que Cómpar et consí-

mi-lis. 4. Cúncta réples, cúncta fóves, Astras régis, caélum


mó- ves, Pérmanens immóbi-lis. 5. Lúmen cárum, lúmen clá-

rum, Internárum te-ne-brárum Effugas ca-líginem. 6. Per


te múndi sunt mundá-ti : Tu peccátum, tu pec-cá-ti Dé-




stru-is rubíginem. 7. Ve-ri-tátem nótam fá-cis, Et osténdis




ví-am pá-cis, Et í-ter justí-ti-ae. 8. Perversórum córda




ví-tas, Et bonórum córda dí-tas Múne-re sci-énti-ae.




9. Te docénte nil obscúrum, Te regénte nil impúrum Sub




tú-a praesénti-a. 10. Glo-ri-átur mens ju-cúnda Per te




laéta; per te múnda Gáudet consci-énti-a. 11. Tu commú-




tas e-leménta : Per te sú-am sacraménta Hábent efficá-



ci-am. 12. Tu nocívam vim repéllis, Tu confútas et re-fél-



lis Hósti-um nequí-ti-am. 13. Quando vénis, córda lénis :




℣. Emítte Spíritum túum et creabúntur.
℟. Et renovábis fáciem térrae.

Oratio.

Sancti Spíritus, Dómine, corda nostra mundet infúsio : * et sui roris íntima aspersióne foecúndet. Per Christum Dóminum nostrum.


IN FESTO SS. TRINITATIS ET IN DOMINICIS PER ANNUM.

64. — Duo Seraphim.





65. — Adesto sancta Trinitas.







66. — Te sanctum Dominum.






67. — Kyrie, fons bonitatis.




semper ádstans pro númine Ange-ló-rum decántat ápex :
e-lé- i-son. Chríste caéli-tus ádsis nóstris pré-cibus, pró-
nis méntibus quem in térris devóte có-limus, ad te pí- e
Jé-su clamántes : e-lé- i-son. Ký-ri- e, Spí-ri-tus álme,
cohaérens Pátri Na-tóque, uní-us usí-ae consisténdo,
flans ab utróque : e-lé- i-son. Ký-ri- e, qui bapti-zá-to
in Jordánis únda Chrísto, effúlgens spé-cí- e co-lumbí-
na apparu- ísti, e-lé- i-son. Ký-ri- e, ígnis di-ví-ne,
péctora nóstra succénde, ut dígne pá-ri-ter proclamáre
possímus semper : e-lé- i-son.

68. — Firmator sancte.



In Festo S. Trinitatis.









℣. Benedicámus Pátrem et Fílium cum Sáncto Spíritu.
℟. Laudémus et superexaltémus éum in saécula.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, qui dedísti fámulis tuis in confessióne verae fídei, aetérnae Trinitátis glóriam agnóscere, et in poténtia majestátis adoráre Unitátem : † quaésumus ; ut ejúsdem fídei firmitáte, * ab ómnibus semper muniámur advérsis. Per Christum.


IN HONOREM SS. CORDIS JESU.


69. — Auctor beate saeculi.

1.

AUctor be-á-te saécu-li, Chríste Redémptor ómni-um,

